J III 25

S. Marco
di Firenze

Julianus d'arena

Mcccc L iiij . Primo kldes decembris .

·89· De 12° banco ex parte occidentis

Iste liber est conventus Sancti Marci de Florentia ordinis predicatorum que habuit a cosma domedicis ·

ponatur in bancho 12° occidentis

Incipit scriptum super librum ethicorum editum a fratre Geraldi odonis de ordine minorum magistri in theologia.



Quid est virtus secundum
quod boni efficientia aut ar[istoteles]
2° ethicorum. Omnis namque virtus
habentem bonitatem facit bonum.
cognita vero licet non habitum
cognoscentem ordinat ad
bonum. Virtus quippe hi
tur consistit huius intencionem et totius electionis et
considerationis. Dubia consistit. difficilia facialitat.
conformis est ut conformis recti ratione. Parat bonum. con
servat ea. honorem vite premiis excedit. humorem
fortunae prosperitatis compescat. Est dispositio media secundum
rationem in libram. Est suprema secundum bonitatem
et excellentiam. Est bonum honestum. laudabile
bonum per se ipsum appetibile bonum. secundum naturam delectabile.
habentem suam perfectione satiat. sua dignitate dis
tat et finaliter sua felicitate beatificat. Virtus
quidem huius consistit huius intencionem virtus. non
intentionem facit rectam. prudentia vero que ad hoc aut
phisicus. vi. ethicorum. Bonum et consistit quod nullum origit esse
prudentie sine virtute ut huiusdem dicit ibidem. pru
dentia vero que est ratio recta agibilium. Consistit sub electione
electionem. Non enim erit electio recta sine prudentia neque sine
virtute ut dicit huiusdem in fine eiusdem vi. Consi
derationem quoque consistit dicitur aristoteles quod virtus est quo
recte vivitur et qua nullus male utitur secundum rethoricam.
Virtus est dubia consistit cum virtus etiam sit
omni arte et omni scientia ut habetur 2° ethicorum. Virtus quoque
difficilia facilitat quia circa difficilia semper ars fit et
virtus ut dicitur ibidem. circa quod virtus facit firme
et immobiliter hominem operari ut ibidem habetur. Virtus
perfecta conformis est ut conformis recti ratione dicitur cap
ito in rethorica secunda. quod virtus est habitus animi modo nature
rationi consentaneus. Parat bonum et conservat ea. ut
neque est potentia bonorum acquisitiva et conservativa.
ut ait aristoteles primo rethorice. Virtus est omnium honorem
vite premiis excedit virtuti enim perfecte non fiet digni
honor. 4° ethicorum capitulo de magnanimitate. Tumorem
quoque cuiuscumque fortune prosperitatis compescit et sine
ipsa non fieret immo sine virtute non est facile ferre
bonas fortunas ut habetur ibidem. Est in super
dispositio media secundum rationem et libram. Suprema tamen secundum
bonitatem et excellentiam dicitur philosophus 2° ethicorum quod virtus
est medium inveniens et eligens inter duas malicias
ab ipso quod secundum libram et rationem medietas est virtus
secundum optimum esse et bene existentis. Est quoque virtus
bonum honestum laudabile. dicitur enim primo rethorice quod
necesse est virtutem esse bonum honestum eius laudabile.
Est et bonum per se ipsum appetibile. quam omnem v
irtutem eligimus propter ipsam. eligimus et felicitatis
gratia. primo ethicorum. Est quoque virtus bonum secundum naturam
delectabile. viii. i. eorum dicitur. amantibus bonis sunt delectabilia

que secundum naturam delectabilia. tales autem sunt secundum virtutem opera
tiones. viii. paulo post additur quod operationes secundum virtutem sunt
secundum se ipsas delectabiles. Virtus perfecta habentem
sua perfectione satiat. quia virtus habentem perficit et opus
eius bonum reddit. 2° ethicorum. Ipsum est sua dignitate
distat. viii. vii. ethicorum scribitur quod coronibus sunt dig
niores virtutis excellentia. In x. autem dicitur quod talis vita
secundum virtutem activa erit utique melior quam secundum hominem.
et paulo post quod erit vita divina quod exponit j. idem vero dicitur
quod divus quidem est omnis vita beata. hominibus autem in quantum
similitudo quedam talis operationis existit. Virtus quoque
finaliter habentem sua felicitate beatificat. definitur
enim primo x° ethicorum quod felicitas est operatio secundum virtutem. vii.
quoque politicorum. Hinc omnibus testimonium dicitur quod unum
cuique felicitatis tantum adiacet quantum virtutis et pru
dentie et eius quod est agere secundum has consilium sic nobis
teste deo. Ex his quod sunt apparet quod virtus habentem bonum
rem facit bonum ut cum aristoteles 2° ethicorum possimus vi
dere quod hominis virtus erit habitus ex quo bonus
homo fit et a quo bonum opus suum reddit. Virtus
autem cognita licet non habitum cognoscentem ordinat
ad bonum virtutem nam cognita cognoscat inter
omnia desiderabilia desiderantissime. Inter omnia dulcia
dulcissimum. inter omnia commoda salubrissimum. Cog
nitione quippe virtutis cognoscitur felicitas seu bi
tudo que inter omnia desiderabilia est bonum propter quod homines
desiderantissimum licet non propter omnis ut cognitum. vii.
Augustinus xiii. de trinitate. admirandum autem. Mirum est autem
cum capessende atque retinende beatitudinis una sit
voluntas omnium. unde tamen rursus existat varie
tas et diversitas voluntatum non quod eam omnes no
lint sed quod non omnes eam noverint. Dicitur secundum
eodem Augustino. post dicitur. quod hic felicitas vel eo quod putatur fe
licitatis nichil incertius et laboriosius. quod. vel perdere
ignorare. nichil fructuosius invenitur. Virtute est
cognita cognoscitur inter omnia diligibilia dilec
tissimum cognitione quippe virtutis unusquisque cog
noscit se ipsum quod super omnia certum diligit id est. n.
per eam virtutes agnoscit etiam et ipse animus cum suis vi
ribus agnoscit. Quantum vero sit obprobriosum animo
ignorare se ipsum. et quam gloriosum agnoscere dicit augustinus.
liber de spiritu et anima. dicens quod dedecus est animum ut vitae ipsum
cognoscat sustinere non possimus ut me hec tam cog
nitum. magnum namque in gloria est uterque quod vitae sit
quo celestia cum perinde cogitamus. quod vitae
tamen similia indigne investigamus. quo de
ipso liberatore meo tam similia scire desideramus.
non enim ergo propositum non longe querenda animus quam ipsum
propinquius sibi nobis adest. tractat loco ubi est
et nescit. ecce obprobrium ignorantie. Sed autem pau
lo post de gloria cognitionis et sic dicens. Ideo redde
me nunc immo dilectio cum materie me debeo et nudebo
quid est animus et si per illam vel primum eius. et sequitur
quod animus veniens ad sui notitiam a strepitu sibi[lia]

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

abstrahit se et trahit se ad se ut noscat se apud se, et cum ulterius deum agnoscit elevat se super se mentis acie. ¶ Dicimus ergo quod nobilis hic liber primus dicitur ethicorum, quia ab hoc opere ad huius gloriam respicimus per doctrinam virtutum agnoscentes; ipsa enim virtus est divinorum in quo quaerere quae nobis possumus invenire. Summum igitur in vita solamen est studium sapientiae, quam qui invenerit felix est et qui possidet eam beatus. ¶ Virtute ergo cognita cognoscuntur universa commoda saluberrima. Sapientia vero qua iam omnia esse saluberrima decantatur notitia sub pennis eius divinum intuemur per verba rationis ipsius doctrinae. Qualiter quo studio quanto desiderio illi debemus inhiare, ne ergo illi insistere spiritualiter vir virtutis apud bonum sedere summe virtutis optatum bravium. ¶ Est autem negotium quo manifestatur res desiderata et felicitas, res dulcissima super hoc, res saluberrima. Istius est moralis scientia cuius finis primus est virtutes conferre ac conformare se huius appetitui recto. Cuius expositioni sive declarationi dicta praemittere generaliter intendimus quaerentes in primis circa primum duo de materia et subiecto, et duo de forma et unum de fine, ut sanctius et declaratius dicetur in titulo libri hethicorum. ¶ Quaeritur ergo primo utrum bonum humanum sive opus humanum sit subiectum primum in ista scientia. Secundo utrum homo ut liber. ¶ Tertio utrum haec scientia sola sit practica. ¶ Quarto utrum sufficienter dividatur in ethicam, yconomicam et politicam.

[D]e primo videtur quod sic. ¶ Primo per eustratium dicentem quod subiectum hethice est melioratio finis virtutis hominis; haec autem melioratio est bonum humanum. ¶ Secundo per philosophum dicentem in prohemio hethicorum quod haec scientia de bonis et iustis intendit; haec autem continentur sub bono humano. ¶ Tertio quia id est subiectum de quo et ex quo fiunt rationes, quia rationes probant de illo de quo fiunt proprietates eius, et ex illo ex quo fiunt accipiunt media; haec autem ad solum subiectum pertinere videntur. Sed rationes huius scientiae fiunt de humanis actibus et ex humanis, ut dicitur in eodem prohemio, quare actus humanus in omni est hic subiectum. ¶ Quarto quia distinguens hanc scientiam ab aliis est hic subiectum, quia secundum philosophum primo de anima scientiae sequuntur et dividuntur quemadmodum et res de quibus sunt. Sed opus humanum distinguit hanc scientiam ab aliis; ergo est subiectum in hac scientia. Assumptum patet quia speculativae non sunt de operibus nostris, mechanicae vero sunt de transmutationibus operibus nostris in quibus non consistit bonum humanum sicut in illis de quibus haec scientia agit. ¶ Quinto quia philosophus eodem prohemio dicit quod hic methodus optimum intendit bonum quod ex eius appetit, quod ideo videtur esse subiectum. ¶ Sed oppositum videtur quia naturale opus non est subiectum in scientia naturali; ergo nec morale erit subiectum in morali. ¶ Respondeo primo quod bonum humanum et humanum opus sunt materia huius scientiae. Secundo dico quod non sunt subiectum eius. ¶ Primum patet quia omnia quae cadunt sub consideratione scientiae sunt eius materia, quia vel per modum subiecti vel passionum eius vel principiorum eius vel effectuum eius vel similium

attributionem ad ipsum; haec autem omnia sunt scientificae considerationis, ut patet. Sed operationes huiusmodi cadunt sub huius scientiae consideratione, non solum ipsae immo ipse homo et homines et universae actiones et passiones, operationes, habitus et dispositiones, perfectiones et imperfectiones, status et dignitates, conditiones et modi laudis et vituperii, beati et miseri, debitum et indebitum, et cetera quae concurrunt circa circumstantias huius vitae. ¶ Secundum probatur quia nulla scientia probat suum subiectum de alio, [illegible] considerat subiectum ut prius quod est motens ex eo patet. Sed haec scientia probat secundum hethicorum operationem humanam de homine ut de subiecto eius, ut ipse probat; ergo ipsa operatio non est subiectum huius scientiae. ¶ Assumptum patet per demonstrationem philosophi quae sic fieri potest. Omne totum per se unum cuius singulae partes habent operationes secundum proprias habet et operationem aliquam secundum propriam distinctam ab operationibus partium. Sed partes singulae hominis habent operationes secundum proprias, ut inducit philosophus de oculo, manu et pede; ergo et ipse homo habebit operationem secundum propriam. Post hoc probatur ibidem quod est superioris et nobilioris partis hominis, quare patet per [illegible] quod homo non est subiectum huius scientiae quorum modo ipsa sumatur. ¶ Ad primum in oppositum dicendum quod eustratius sumpsit subiectum ut large nimis pro materia et secundum materiam; ille enim [illegible] potuit attribuere illi meliorationi hominis quae est esse subiectum. Sed potius homini addit multas proprietates consideratas in hac scientia quas attribuit homini non illi meliorationi; dicit quippe enim ut bonus et optimus fiat prudenter vivens et propriam rationem habens ut et contrarie diversis et [illegible] moribus eorum operationes. Vel potest dici ergo dicere simpliciter sunt subiectum quod subiectum huius scientiae est per unum hominem melioratio, et ipse homo est huius melioratio eius exposita attribuitur, et si aliter fieret irrationabiliter fieret quia non [illegible]. ¶ Ad secundum dicendum quod bona et iusta de quibus scientia ista intendit sunt in hac scientia non subiectum principaliter sed prius passiones vel effectus. ¶ Ad tertium dicendum quod de actibus humanis fiunt rationes sicut de proprietatibus et ex eis sicut ex effectibus, sed non sicut de subiecto vel ex subiecto, quia de ipsis et ex ipsis fiunt rationes maxime de illis et ex illis quae magis nobis nota sunt per experientiam, ut dicitur in illa parte quae allegatur, quod iuvenis inexpertus non est auditor idoneus huius scientiae. ¶ Ad quartum dicendum quod opus humanum vel bonum humanum distinguit hanc scientiam ab aliis non per modum subiecti sed per modum passionum, sicut operationes naturales distinguunt naturalem scientiam ab aliis non tamen ut eius subiectum sed ut effectus vel passiones subiecti, sicut et est de operationibus moralibus respectu moralis scientiae. ¶ Ad quintum dicendum quod bonum humanum quod est finis omnium operum humanorum est finis in hac scientia consideratus et intentus, et hic est intentio philosophi ut videbitur infra.

[D]e secundo videtur quod homo non sit subiectum hethice, quia hic est vel ratione corporis vel ratione animae ut separatur vel ratione coniuncti ut anima informat corpus. Non ratione corporis quia homo est subiectum in medicina; non ratione animae

ut separabilis quia sic pertinet ad metaphysicam ut dicit philosophus; nec ratione coniuncti ut anima informat corpus quia pertinet ad naturalem ut patet secundo de anima; ergo nulla ratione homo est subiectum hethice. ¶ Secundo oppositum videtur dicere eustratius attribuens homini rationem animae et ratione corporis medicinam, cum homo sit communis ad utrumque, erit ut dicit methodus esse ad ambos. ¶ Respondeo quod homo ut liber est subiectum primum huius scientiae, quod declaro. Primo quia sicut se habet scientia naturalis ad principium naturale et subiectum naturalium, sic moralis ad principium et subiectum rerum et operationum moralium; haec patet per se. Sed naturalis scientia habet pro suo primo principio naturam et operationum naturalium vel erit subiectum principium quidem secundum operationes, dicitur quia non est subiectum primum naturalis, sed subiectum secundum principium, quia eius motus vel corpus mobile sit subiectum eius. Ergo in morali scientia subiectum erit vel principium vel subiectum rerum et operationum moralium; homo autem ut liber est et principium et subiectum primum operationum moralium. ¶ Ad quod intelligendum debemus advertere quod sicut considerata in naturali scientia habent principium naturale in seipsis non in nobis, moralia vero de quibus est moralis habent principium liberum scilicet intellectum cum appetitu electivo ut dicitur vi. methaphysicae. ¶ Secundo quia in quacumque scientia id erit subiectum primum de quo probantur passiones per se in illa consideratae, patet ex primo posteriorum. Sed in morali scientia probantur de homine ut libero passiones per se in ea consideratae; ergo est subiectum in ea. Assumptum patet accipiendo passiones hic consideratas ut ibi summatur iste: habere propriam operationem actione et posse fieri felicem in propria operatione hic probantur de homine primo hethicorum; item fieri virtuosum vel vitiosum, virtuosum vel studiosum passive secundum virtutem esse ad virtutes secundo hethicorum. ¶ Item agere voluntarie sive violentia et ignorantia et habere in potestate sua fieri bonum vel malum, pravum vel studiosum tertio hethicorum. ¶ Item esse animal coniugale in yconomica. ¶ Item esse animal civile in politica, et sic de aliis, quia totum morale negotium resolvitur ad hominem tamquam ad subiectum primum. ¶ Ad primum quod obicitur dicendum quod homo est hic subiectum ratione animae non ut separabilis est nec ut coniuncta, sed ut libera in quantum scilicet homo per eam dominatur actibus suis et habet eos in sua libera potestate. ¶ Sed tunc obicitur quod hic liber communis est nobis et angelis, quia per omnes illa scientia non solum esset de homine nec libero sed et de angelo. ¶ Respondeo quod si angeli essent maiores sicut nos habentes usum liberi arbitrii indubitanter sicut nos, nos non habemus quod scientia quaedam ad aliquam partem sui tangeret eos sicut nos, puta tractatus de virtute, de iustitia, de scientia, de felicitate et similibus. Sed quia non sunt maiores nec habent usum libertatis habitus, et quia eorum conversatio ignota est hominibus, ideo homines scientiam hanc non extendunt nisi ad homines, quamvis libertas non repugnaret si essent aliae creaturae nobis in libertate similes.

[D]e tertio videtur quod non sola moralis scientia sit practica. ¶ Primo quia logica non est moralis et tamen est practica ut videtur, cum dicatur in docente et utente. ¶ Secundo quia rethorica non est moralis et tamen est practica cum

agit de moribus hominum et passionibus et negotiis. ¶ Tertio quia grammatica non est moralis et tamen est practica, cum dicatur in [illegible] exponitur illa nomina grammaticae quod dicitur ad virtutes vel practica. ¶ Quarto quia nec scientia iuris est moralis, non dicitur cum moralis per aliquem philosophum, et tamen est practica cum sit de humanis actibus et negotiis. ¶ Quinto quia medicina non est moralis et tamen ab omnibus vel per omnes vocatur practica. ¶ Sexto quia artes mechanicae non sunt morales et tamen sunt practicae; unde philosophus prohemio methaphysicae dicit manuum artifices practicos esse, et per hoc nequaquam sapientiores esse. Sed propter hoc videtur quod non sola moralis scientia videtur practica esse. ¶ Sed in oppositum est per eustratium, per algazelem et avicennam in methaphysica sua, et per hugonem de sancto victore in didascalicon, practica est divisa solum in hethicam, yconomicam et politicam; hae autem omnes sunt morales; quare omnis practica erit moralis et econverso. ¶ De ista quaestione dixerunt antiqui omnes a tempore platonis et aristotelis usque adhuc, ut dicit sanctus [illegible], quod scientia moralis et scientia practica sunt eadem scientia convertibiliter et adaequate, nec in hoc dubitasse leguntur. Moderni vero credentes omnem scientiam esse speculativam vel practicam, invenientes aliquas quas non poterant dicere speculativas, dixerunt eas practicas, et per consequens aliquas non morales dixerunt esse practicas sicut medicinam et similes. ¶ Dicendum ergo cum antiquis quod sola moralis est practica, quod declaro. ¶ Primo quia omnis scientia practica est perfectio mentis perficiens et conformans se huius appetitui recto ex vi hethicorum. Sed sola moralis intellectus est perfectio intellectus practici et sola conformat se huius appetitui recto; nulla enim alia inter omnia facit de recto appetitu; ergo sola est practica. ¶ Secundo quia omnis practica est de agibilibus quorum principium est prohairesis vi methaphysicae. Sed sola moralis est de talibus; nulla quidem alia supponit esse prohairesim principium, determinandi sunt ab ea, quare et cetera. ¶ Tertio quia ergo dicitur, dicit augustinus quod plato totam philosophiam divisit in tres partes, scilicet in contemplativam quae [illegible] nominavit, in activam quae ad mores instruendos pertinet, in rationalem quae verum a falso distinguit. Ecce quod augustinus secundum platonem dicit totam philosophiam activam vel practicam ad mores instruendos pertinere. ¶ Ad evidentiam non praedictorum sciendum quod omnis scientia est vel perfectio intellectus speculativi praecise agens de speculabilibus praecise quae non sunt in potestate nostra sive operatione et bonitatis [illegible] absolute sumptam, et sic est scientia theorica seu speculativa quod idem est; vel est perfectio intellectus practici seu activi praecise agens de agibilibus praecise quae subsunt nostrae potestati sive operatione et bonitate conformando se huius appetitui recto, et sic est practica seu activa; vel est perfectio intellectus factivi seu principiativa activa ut vi. hethicorum, dicit agens de factibilibus

practice que consistit in intellectu et in (?) motive nunc ... ex oppositione et bonum veritate consistere se habentem necessitati sustentacionis hominis ad quam totaliter ordinatur. Et sic est mechanica seu factiva, vel est practico intellectus ut intellectus est non ut speculativus neque ut practicus neque ut factivus agens de intelligibilibus in omni non practice de speculabilibus neque practice de agibilibus neque practice de factibilibus huius sine oppositione et bonum veritate consistere scientiam ad veritatem appetitum recto conformis et ad non conformis. Et sic est logica. Hec omnia sumuntur de dictis philosophorum et scitis et plenius exponuntur in vi ethicorum. Ad primum ergo dicendum quod logica non est practica neque speculativa ut probatum est de divisione eius vel aliis non ... usus facit scientiam practicam sed ille qui tamen est bonus vel malus in ordine ad rectitudinem appetitus. Ad secundum dicendum quod rethorica non est practica neque specialis non propter hoc quod aliquando dicit de moribus et passionibus hominum est dicenda practica illa. Non que dicit ... omnis practica ... ratio est quia ipsa solum intendit persuadere et dare evidentiam probabilem parti sue et quod hominibus aliter et aliter persuadit prout aliter et aliter dispositum aliter et aliter iudicant. Hinc est quod ex occasione ista rethores aliqui dicunt de moribus et passionibus hominum ut faciant iudices suos et auditores adulatorie condere et adversarium mitigare et iustificare causam suam et excusare se ipsos. Hec autem scientia non est ex hoc practica quia sic deviaret preter omnis recto practica rectum conformis est appetitum recto ut habetur vi ethicorum. Sed recto rethorica recta secundum rethoricam potest esse difformis appetitui recto. Iste quidem rethor potest non iusta convincit coram iudice utendo regulis et preceptis artis sue in nullo declinando ab eis ita quod erit eius recto consilia secundum rethoricam erit tamen difformis appetitui recto et iniusto quod illa recto numquam fuit practica. Ad tertium dicendum quod nulla pars sumitur prout dividitur in practicam. Ad quartum dicendum quod scientia iuris est moralis non tamen continetur in libris moralibus philosophorum ... ad eius practicam ratio est quod non potest tradi per modum scientie quia secundum veritatem quod continetur in lege pro parte est(?) ... non est scientia, sed ... scientia probat quod secundum virtutes et non secundum vitia est vivendum. Lex autem secundum omnem virtutem vivere precipit et sic omne vitium prohibet ut habetur v ethicorum. Unde leges magis pertinent ad prudentiam quam ad scientiam. Prudentia namque preceptiva est sicut lex, scientia vero non. Ad nonum dicendum quod medicina que vocatur practica est mechanica continetur inter mechanicas ut refert hugo de sancto victore in didascalicon dicit ... autem quod fuisse vii genera mechanicarum artium scilicet lanificium, armaturam, navigationem, agriculturam, venationem, medicinam et theatricam que fuit ars de ludis et nomine ludendi quod prius fiebat in theatris. Vocatur ergo medicina practica mechanica sive ... vocatur mechanica prudentiis phisice mechanice dicuntur

quod in vectis omnibus inclusis hec prudentiam mechanicam reputant de mechanicis. Ad sextum dicendum quod artes omnis manuales sunt mechanice et non potest aliquis vocari artifices mechanice dicuntur practica sicut et aliqui dicuntur sapientes ... quod eorum ars sit sapientia. Sed quod minore habet similitudine sapientie quod si tamen ars est practica.

De quarto ad sextum est aliquis quod moralis scientia sufficienter sit divisa in ethicam, yconomicam et politicam. Quod quidem auctoritatibus antiquorum probatur(?) eustratius, algazel, hugo de sancto victore qui sic eam distinguunt. Primo quia tot sunt partes huius scientie quot sunt modi vivendi hominis cum ipsa sit de homine vel de operibus eius operatione. Sed tres tamen sunt modi vivendi hominis in generali. Unus solitarius de quo est ethica, alter domesticus de quo est yconomica et tertius civilis de quo est politica. Ergo non sunt plures partes moralis scientie. Sed in oppositum est quod ethica in libro ethicorum tradita est de moribus hominis absolute ad omnes modos vivendi predictos sed plus agit de solitario quam de aliis immo minus quam de illo non potest esse pars specialis huius scientie sicut de duobus reliquis quod dicitur monastica. Et sic ethica et monastica non coincidunt.

Ad cuius evidentiam dicendum quod illius philosophie prout dividitur in quantum philosophia aut agit de illa que est principium motus vel agit de illa ut est principium motus et in generali non descendendo ad specialia et sic una pars eius continetur in libro physicorum, vel agit de illa ut est principium motus quo partes mundi ordinantur in mundo qui motus est circularis unum est in medio, alter ad medium et a centro est medium et sic alia pars eius traditur in libro de celo et mundo, et in libris consequentibus eius. Vel agit de illa ut est principium motus quo aliquae partes mundi invicem transmutantur sicut elementa et elementata et sic alia pars eius continetur in libro de generatione et corruptione et in libris consequentibus eius. Vel agit de illa ut est principium motus quo perficiuntur aliqui nobiliores partes mundi scilicet alia qui motus est ... vitalis, puta intelligere, sentire et appetere, qui magis est alius ... et perfectio quam mutatio. Et sic alia pars eius continetur in libro de anima et in libris consequentibus eius.

Similiter dico in proposito, quod moralis scientia agit de homine ut libero et ut libere vivente vel agit de homine ut libere vivente non determinando consideracionem ad aliquem modum vivendi specialem et sic prima pars eius continetur in ethicis, in quibus agitur de moribus hominis in generali vel agit de modo vivendi civili et sic alia pars eius continetur in politicis vel agit de modo vivendi domestico et sic alia pars eius continetur in yconomica vel agit de modo vivendi solitario et sic alia pars eius traditur in monostica. Hec autem monostica non reperitur fuisse tradita per philosophos, cuius ratio dicitur esse una quod visum est eis quod documenta in ethicis generaliter tradita sufficiant pro regimine vite solitarie, non tamen sic generaliter sumpta non sufficerent pro regimine vite domestice vel civilis.

Alia ratio quod talis modus vite putabatur magis divinus quam humanus unde eustratius ait. Si in moribus consuetis

et solitudine vivitur eligat aliquis vitam eligens divinorem ... ut mechanice arte ministrare indigebit. Huius ergo cum illis ad quorum dicta sunt rationes. Ad primum quod moralis potest tradi non est sufficienter divisa in illas tres partes ut iam visum est. Ad secundum quod moralis per philosophos tradita est sufficienter divisa in illas tres partes ut etiam visum est. Ad tertium quod ethica in libro ethicorum tradita non est dicenda monostica ac si ageret de moribus solum unius hominis quia ... non sit ulla doctrina agens practice de vita et moribus unius hominis que agit de virtutibus magis necessariis homini ut civiliter viventi quam alteri vivendi. Sed doctrina libri ethicorum agit de multis virtutibus magis necessariis homini ut civiliter viventi quam solitarie vivendi. Item ... quam agit de prudentia, de iustitia, de fortitudine, de magnificentia, de liberalitate, de amicitia, de veritate et eutrapelia. Item de felicitate politica et contemplativa quam non agit practice de moribus et vita unius hominis. Secundo quia nulla doctrina agens de generatione et augmento, salute et opposita(?) ... et modo causandi virtutis agit practice de moribus unius hominis. Aliqua enim virtutes requiruntur pro omnibus et pluribus simul de quibus civilis doctrina ageret. Sed doctrina libri ethicorum agit de hiis omnibus in secundo ethicorum et in iiii de voluntario, consilio, electione et intentione que sunt omnia virtutum causa quod scilicet ut prius. Ad oppositum dicendum quod illi dividunt moralem per philosophos traditam non istam que potest tradi quam magis inveniunt ... primum quam in libris philosophorum. Licet aristoteles x ethicorum videatur finaliter ponere felicitatem perfectissimam haberi in illo modo vivendi qui pertinet ad monosticam. Ad secundum iam dictum est quod ethica non est de modo vivendi solitario licet ratio ... supponebat.

[H]is ergo generalibus expositis cum dei omnipotentis auxilio ad exponendum ethicam in libro tradita accedimus cuius titulus talis est. Incipit ethica nichomachia stragelita aristotelis. Dicitur autem ethica moralis scientia ab ethos grece quod est mos latine et ycos quod est scientia. Dicitur autem nichomachia quod ad nichomachum aristoteles patrem secundum aliquos vel secundum alios filium per modum epistole missa. Dicitur stragelita ab illa civitate stragelia vel ... ortus est ... philippus rex macedonie ... quamquam filius eius alexander magnus ob aristotelis reverentiam dicitur reparasse. Dicitur aristoteles ab aris quod est virtus et tolon quod est totum quasi totus virtuosus ... dicit eustratius quod aristoteles utrasque partes philosophie studuit et negotia de ambabus exposuit ... ingeniis artibus et doctrinis.

[O]mnis ars et omnis doctrina. Hunc librum premittit prohemium et ibi incipit tractatum ibi Quoniam autem multe. Ita in prohemio reddit auditorem primo benivolum proponens ei suum finem et fructum. Secundo docilem proponens ei procedendi modum ibi Dicetur autem utique sufficienter.

Circa primum ostendit ei auditorem debere esse idoneum non inexpertum neque passionibus deditum ibi Unumquisque autem bene iudicat. Quod quidem facit sex conclusionibus quarum prima est quod omnis ars et omnis doctrina appetit aliquod bonum finale. Secunda quod plurium doctrinarum et artium sunt plura bona finalia cum differentia quam ponit ibi Differentia vero quedam videtur esse finium. Tertia quod illa sunt in sua divisa ibi Multis autem. Quarta quod illa sunt cum ordine in esse ibi Quecumque autem sunt talium. Quinta quod inter hec omnia bona finalia est aliquod optimum intentum et consideratum ab aliqua doctrina ibi Si utique est aliquis. Sexta quod illud optimum consideratum est et intentum in presenti doctrina ibi Si autem sit temptandum est. Pro eiusdem conclusionis probatione sciendum quod primo bonum non sumitur hic pro bono morali practice neque pro illo practice, sed communiter. Sic autem sumptum bonum est esse ... vel acquirere ... rei in perfectione ... vel ut in sua perfectione salvetur. Omnis quippe res vel est imperfecta vel perfecta. Imperfecta quidem in complementum appetit salutem in esse et bonum licet imperfecta quodammodo hic et appetit complementum quod nondum habet. Perfecta vero res appetit salutem sui boni sui esse quod habet. Item autem bonum in quod res appetitu tendit duplex est. Unum intrinsecum quod habitum rem formaliter perficit. Aliud est extrinsecum a quo bonum intrinsecum provenit. Secundo notandum quod appetitus in hac parte sumendus est communiter pro quadam tendentia rei in terminum suum. Hec autem tendentia est duplex. Una que sequitur naturam et sic appetitus ut finis. Alia formam ... seu apprehensam et hec est appetitus animalis ut ... rei visu delectabilis. Alia sequitur formam intellectam et est appetitus intellectivus ut desiderium virtutis habende. Tertio sciendum habitum acquisitum quo habitur intellectus ad operari secundum habitum suum ut scientes ad considerandum liberalis ad dandum. Alia sequitur habitum infusum seu etiam supernaturale donum quo dotatus quis dicit cupio dissolvi et esse cum christo. Quarto notandum quod omnium que in nobis insunt aliqua sunt a doctrina quedam a consuetudine ut spiritus dicit super illud ... et explicatur in x de hiis ... que nobis insunt ex divina inclinatione nec loquitur philosophus. Hic autem virtus intellectualis vel moralis inest nobis a natura ut dicitur in secundo ... Virtus intellectualis inest nobis a doctrina large sumendo doctrinam pro eruditione et inventione ut membrum. Alia vero non possunt nobis inesse a sola doctrina absque assuefactione prima ut dicitur in secundo, de quibusdam actibus. Tunc ergo habemus quod intellectualium virtutum aliqua sunt eruditione, alia assuefactione generabiles, unde prius in hac parte sunt artes pro quorum habitu assuefactione generabili et doctrina pro quorum habitu per eruditionem acquisibili. Quinto notandum quod volumus id est appetitus rationalis et ubi ... opposito et modo opposito quod est inclinatum ad illa et prius ... declinari ad alterum et hoc duplex. Uno modo per actus ... ut sit vel sedere vel ire que sunt opposita et inclinatum sedere tunc sedere est pars ad quam volumus prius inde terminata declinatur velle autem est eius declinatio. Alio modo per ... actus eliciti volitionis cum potest diligere vel odire unum hominem quam ... oppositum

ut idem q si diligat tunc ipsum diligere est per se ad quem
volitas dectatur et primum dectacio. Alio modo
vero circa actus elicitos quos voluntas precipit hunc hominem
diligere vel odire et precipit utrumque omittere et utrumque
actum a se suspendere et tunc si exerceat aliquem istorum ac
tuum primum extrinsecum est per se ad quem fit dectacio et primum
dectacio. Et similiter modo de suspensione. Nam illa suspensio
fiat per aliquem actum positivum et tunc dectacio esset res posi
tiva et eadem volicio per se non ad quem fieret dectacio
esset sola privacio. Philosophus ergo in hac parte non accipit ele
cionem sicut in III diceris quod est voluntarium preconsili
atum ex hiis que sunt ad finem. Sed sumit eam communiter
et finis et hiis que sunt ad finem unde III in primo
dicit felicitatem per se eligibilem quod non sumo vero ea
de electione primo modo supra in suo. In ergo electo
generalissime pro qualibet dectacione voluntatis per se dectacione.
Actus autem non sumitur hic ut dicit prius sed ut est res pro
ut extrinseca ad quem vel ad quem fit dicta dectacio.
Unde aliter talis actus est divisus ab illa dectacione
ut visum est de actu operato aliud vero aliter ut visum
est de actu elicito. Quod autem sic debeat sumi actus
patet quia in greco in textu eudelectum quod dicit actum dissimi
gratie scilicet primum. Sed textus philosophus quod sermo est extrinsecum id est
quod opus vel electionem supple super generaliter per dectacionem
voluntatis et tunc patet quod hic actus vel prius non est non
actus humanus. Huius ultimis videtur est primo
de hiis amplius in VI. Post cum ad hunc invenire quod sic
omnia appetit finale bonum quod patet quia consequenter antiqui omnia
enunciantes descripserunt bonum dicentes bonum est
id quod omnia appetit. Ergo omnis ars et omnis doctrina id est omnis
intellectualis habitus adhesione vel erudicione acquisi
tus appetit aliquod finale bonum. Et additur ad
hanc consequentiam quod sic bonum appetit omnis electio id est omnis
humane voluntatis dectacio et omnis actus humanus
ad quem tamquam ad alterum in dectacionis preter sit illa
dectacio quia prima est eadem est in ea. Et sic de aliis omnibus.

Dubitaret autem aliquis quare philosophus in hac parte omnes
habitus intellectuales compreheudit sub duobus ge
neracionis eorum prius quam sub aliis. Et quare addit actum
et electionem cum non faciant ad propositum. Ad primum dico quod
philosophus comparat hic habitus intellectuales ad finem quem inten
derunt in generacione rei autem finis movent generantem
ad generandum. Hanc est quod sub hiis duobus tunc hic omnes
istos habitus comprehendere debuit potius quam sub aliis.
Ad secundum dicendum quod actus et electio hic adducuntur quia ap
petentes vel acquirentes istos intellectuales habitus per electionem
voluntatis se determinat et ad actum appetendi
et acquirendi determinatur. Habitibus vero iam acquisitis per
electionem se determinat ad actum operis eorum qui est
finis eorum determinatus et ideo consequenter in hiis exposi
sunt modus hic appetendi quo doctrinaliter bonum appetunt adde
de electione et actum. Quia vero in quadam est finium.
Ostenso quod omnium doctrinarum et artium sunt aliqui boni fines
quos sunt quia scilicet quoniam hic declarat alterum quod illi fines sunt

in multis dissimiles et differentes dicens quod finium predictorum est
quedam differentia et dissimilitudo quia patet ostendens duos modos
finium quia quidam fines aliquarum artium et doctrinarum
sunt solum operaciones prout musice cantare vel citharizare
pro quod nullum sensibile opus operatum. Quidam vero fines sunt
quedam opera remanencia post operacionem et per se ut edifi
care post et per se edificacionem remanet domus edi
ficata. Quorum autem sunt aliqui fines operatum sunt
operacionem. Dicit quod quorum negociorum vel quarum artium sunt
fines opera ultra operaciones in hiis artibus et negociis
meliora et appetibiliora sunt opera quam operaciones. Circa
predicta notandum duo notabilia scilicet circa differenciam finium et circa preemi
nenciam rei operate ad operacionem que est circa primum est quod sunt
artes aliquae requirentes in operibus suis solum
materiam operantis et organum quo operatur. Aliquae vero non solum
sed organum. Aliquae vero nec solum nec organum. Ars autem
requirentes solum in quo operatur inducit mediante or
gano formam aliquam remanentem in illo post operacionem ut
dictum est de domificativa et illa forma est finis ulterior
post operacionem. Ars vero requirens non solum in quo sed
organum quo operatur est duplex quia vel utitur et operatur organo
non vel separato sicut cithara vel unito sicut musica
instrumentalis vel coniuncto sicut ore et gutture ut musica
vocalis et in hiis organis nichil inducit nisi motus
qui cessat cessante actione primum movente id est
artificis. Ars vero que non organum nec solum requirit
habet operacionem suam primo agenti ipsi scilicet artifici cuius
opus est intellectuale quia sibi ipsi prestet euphoniam ut dicitur in V et VII
ob hanc ergo tamen ars requirens solum habet prout operacionem
aliquod opus ut finem suum certe solum artes quae non habent
nec solum non habent talem finem operatum. Circa vero secundum
est quod res operata seu forma in solo inducta est finis operacio
nis sicut forma que est finis generacionis que inducit
in solum illa id est opus est generacio seu inductio illius forme
quia forma illa est melior et appetibilior illa operacione. Consequen
ter cum ostenso quod artium fines sunt in multis dissi
miles hic ostendit consequenter quod sunt in solum divisi dicit quod mul
tis existentibus operacionibus artibus et doctrinis multi sunt fines
earum sicut et ipse artes et doctrine sunt divise et earum
operaciones divise quia sunt fines earum et sic per consequens et fines
sunt divisi. Hoc autem patet in exemplis consequentibus et dicens
ad medicinalis enim finis est sanitas et navifactive fi
nis est navigacio et militaris finis est victoria et yco
nomice vero finis est divicie et sic de singulis artibus
et doctrinis. Hii ergo fines sunt divisi per speciem. Ergo
plurium doctrinarum et artium fines sunt divisi per speciem.
Ubi advertendum quod dicunt divicias esse finem yconomice in
primo politice contra hoc opinioni omnino quod dicit tamen intra ea.
Respondetur ad hoc per aliquos quod hic loquitur secundum vulgarem opinionem
non secundum veritatem prout in primo dicitur quod yconomice est doctrina
de modo vivendi convenienter secundum veritatem et de hoc loquitur
philosophus politicorum. Alia de sola administracione rerum temporalium quae
res pertinent non per se de gubernacione et hoc modo sumitur
yconomus in VI dictum est Ethicorum libro. Unde multa vero dece

secundo de celo quia in quibusdam et 16 capitulo quia autem quia in
quibusdam et de providencia vero loquitur philosophus et hic finis
est secundum veritatem divine bonitatis per se tunc providencia ad solas
res creatas sit restricta. Quamvis autem sunt diversa
ostenso quod plurium doctrinarum et artium sunt fines dissi
miles et divisi hic quarto ostendit quod sunt per racionem
necessariam et divisi procedit autem sic primo ostendit quandam
ordinem doctrinarum et artium secundum ordinem quo est inter
artem architectonicam id est principalem et subalternam scilicet
famulantem dicit ergo quod quedam sunt artes de numero
unius seu talis sed quamvis quedam virtute famula
ri alii puta arti vel doctrine que est illi architectonica quia ad mo
dum artis frenefactiva est famulans subiecte ad militarem
sub sua architectonica vel principali et quasi ad quamlibet artes
fiunt talia equestrium sub hoc equis per frenis sellas
et huiusmodi et quasi ad hanc equestris et omnis operatio bellicorum
actionum sub militari sicut sub hac architectonica ad mi
litarem id est artem ut illa sub hac pertinet omnis impugnacio
vel defensio bellicosa et secundum eundem modum alie artes
famulantes sunt sub aliis architectonicis seu principalibus.
Hoc ergo ordine per supposito sic proponit suam conclusionem dicens
quod in illis omnibus que sunt de numero talium ordinatarum
fines architectonicarum sunt meliores et ordinabiliores quam
fines subarchitectonicarum. Et hanc conclusionem probat arguendo
ens ita habet illa sunt desiderabiliora et meliora quorum
gratia reliqua desiderantur et perficiuntur hoc non sic se habent ut
fines illa vero sicut ea que sunt ad finem. Sed gratia finium
architectonicarum fines aliarum desiderantur et perficiuntur ergo ista
sunt desiderabiliora illis. Hec racio sola nititur in litera.
Et sic removet dubium quod posset occurrere variam
dictam finium supra allegata ponere exceptionem in hac
regula ibi primo. Dicit ergo quod nichil differt operaciones
esse fines actuum aut opera quedam praeter operaciones
quam in aliis et in illis hoc invenitur sicut in doctrinis
in quibus non consistit in quod sunt ad invicem ordinate et
fines architectonice meliores sunt finibus aliarum. Et hic
attendenda sunt duo. Primum in quibus consistit per se ordo artium
artium et aliarum. Secundum an logica sit sub architectonica et ceteris
ad eas ordinata. Ad primum quod ordo iste proprie
superius consistit in certis habitudinibus artium inter se.
Prima est habitudo famulantis et dirigentis ad invicem sicut fa
ciens navem est sub architectonica et famulans ut illa que
facit navium et est architectonica et principalis. Secunda habi
tudo est quod est ad finem ad ipsum finem quia provenit ex ha
bitudine prima usus id est cuius instrumenti est eius finis.
Tertia est habitudo precipientis ad obedientem et ergo architectonica vero
precipit et alia obedit. Hec autem habitudo provenit ex pri
mis duabus ex quo namque architectonica precognoscit usum
et finem instrumenti ex hoc precipit instrumentum fieri de materia et
in illa forma que convenit usibus instrumenti ut nauta precipit
navem fieri de ligno ut natet super aquam de fu
mo ut cito fugiat per aquam et navim ut velociter
sulcet aquam. In aliquibus vero ars sub architectonica non facit
ad instrumentum prout dictum quod utitur architectonica ex fine aliquo.

dispositionem qua utitur principalis sicut equestris non facit
instrumentum pro militari. Sed bene facit aliquam dispositionem et
apparatum et consilium quo utitur ars militaris
impugnando vel defendendo. Ad secundum dicendum quod logica non
facit instrumentum puta quo utitur certe scientie sed docet eas
facere quibus id est sciencia facit processus sillogisticos et faciendo uti
tur. Et tenendo facit uti id est sillogismo et facere sillogismum idem
est in sciencia. Item nulla sciencia precipit ei qualiter vel ex quibus
debeat facere sillogismum et ideo non est dicta sub architectonica vel
famulans sed aliarum hic in uno consequenter architectonicas quod ordi
natur ad aliarum utilitatem tamen quam ad finem non tamen ad
aliquam earum determinate. Si autem utique est aliquis finis. Ostenso
quod plurium doctrinarum et artium fines prout sunt dissimiles
divisi et inequales hic ostendit communiter quod inter istos fines
est aliquis bonus et optimus et intendit sic arguere.
In quibuslibet ordine finis ille quem volumus propter ipsum et alia
propter ipsum et ipsum non propter aliud est finis bonus et op
timus. Sed omnium operabilium humanorum est aliquis finis quem vo
lumus propter ipsum et alios propter ipsum et ipsum non propter aliud.
Ergo in ordine operabilium humanorum est aliquis finis bonus
et optimus. Ista racione sic procedit quod ponit primo mino
rem et probat eam in philosophia in primo quia. Secundo patet illam mino
rem ex qua illam maiorem ponendo quod sit status in cau
sis finalibus ideo patet in eius statuum esse ubi dicit precedit
et cetera. Arguit ergo dicens in operabilibus nostris si non esset
status sed desideramus unum propter aliud et aliud propter aliud
sic procedimus in infinitum et sic sequitur quod esset frustra
desiderium nostrum et erit frustra inane et vanum et inane quod est
idem. Et non ponit conclusionem ex evidencia dicens quod manifestum
est quod hic finis est bonus et optimum. Et igitur et ad vi
tam. Ponit unum corrolarium dicens quod cum finis consequentis ex pl
enitudine bonitatis sue duo bona facit hominibus cognos
centi unum quod allicit appetitum ut ex eius deside
rio magis ac magis convertitur ad sentiendum bonum
optimum et meliorationis hanc intencionem tamen intendit
cum dicit quod ad vitam magnum habet incrementum aliud
bonum facit quod dirigit intellectum ut ex eius appre
hensione sciat operaciones humanas regulare et pro
ducere usque ad ipsum finem intentum et hoc intendit
in exemplo sagittatoris qui ex apprehensione signi scit
recte sagittas mittere usque ad signum quod non facit
nisi previdisset. Hic sunt notanda duo. Unum
per evidenciam maioris quam in propositione non bene ut finem proposita.
Ad quod ergo quod tamen sunt appetitus grana ut hic ut in primo
est id est aliquid appetitur propter aliud et non propter se et tale
habet racionem utilis ut divicia propter aliquid est appetibile propter se
et non propter aliud et tale habet racionem boni delectabilis ut quod
habitudo. Et est aliquid appetibile propter se et propter aliud et
habet racionem boni et utilis sicut actus. Non ergo cum dice
batur in illa maiori quod in quolibet ordine est quod
est appetibile propter se et alia propter ipsum et ipsum non propter aliud
est finis bonus et optimus hoc est eundem ex hoc id est
quod est appetibile propter se hoc racionem boni ex hoc autem quod alia propter
ipsum hoc racionem finis et ex hoc quod ipsum non propter aliud hoc racionem

ultimum et optimum. ¶ Et non est propositum minoris dicit rationis quia philosophus secundo medicine inducit ad hoc quod media ad probandum statum in finibus simpliciter quia finis habet rationem et ultimi rei et finis simpliciter rei simpliciter quia ablata ultima rei tollendo statum per omnes ablatum erit in finis. ¶ Item tollit rationem boni quae dicit rationem perfectionis et complementi ablato enim statu non perficeret nec compleret. ¶ Item tollit conatum ad appetitum qui conatur ad opus vel ex studio suo quia procederet in infinitum sic statum non procederet nec per omnes conatus quod fieret non veniret ad finem. ¶ Item tollit consilium ab intellectu qui non consiliatur de supponendo aliquem finem quem sic ipsi per consilium et ultimum cuius totius negotii. Hoc autem ablatum erit ablato statu a finibus. ¶ Sed sic respondendum omnino quod inter fines doctrinarum et artium est aliquis finis optimus qui est bonum humanum. Hoc ostenso dicit quod iste finis est consilium et intentus in hac scientia. Et hoc premittit unum parabolum de dicendis dicit quod sicut est quod sic iste finis vel quod hic est duo sunt respicienda unum accipere et cognoscere figuraliter et grosso modo de illo fine quod est. Aliud scire cuius doctrine vel discipline est cognoscere illum finem. Primum istorum respondebit in primo libri secundo huius tractatus. Et videbitur autem. Probat enim quod huius scientie est considerare istum finem cognoscere. Et philosophus dicit videmus autem. Et videtur autem huic. Et cetera. Sed non videtur. ¶ Quia vero illius est scire principalissime et maxime architectonice est cognoscere et intendere finem optimum et humanum bonum. Sed ista sunt supra dicta. Sed civilis scientia est huiusmodi. Igitur ipsius intendere. ¶ Continet. Et quasi non esse patet minorem assumptam. Ipsa enim doctrina praecognoscens et praeordinans omnes alias quantum ad earum commoda quantum ad hoc quantum ad praesidentes in eis et quantum ad tempus est supra omnes principalissima et maxime architectonica. Hoc est per se non ut patet minorem. Sed probatur ut videtur. Sed ista doctrina praecognoscit et praeordinat omnes alias quantum ad earum commoda. Dicit quas disciplinas debitum est esse in civitatibus commodo. ¶ Item quantum ad locum quod ibi dicitur. ¶ Item quantum ad praesidentes studentes principes quales disciplinas unusquisque addiscere. ¶ Item quantum ad tempus quod dicit usque vel quanto tempore quilibet debeat vacare isti vel illi studio. Hoc autem omnia faciat ut huiusmodi studia in nullo sint dissona. Sed in omnibus consona in nullo praestent impedimentum. Sed in omnibus auxilium ad optinendum bonum et finem humanum quia ipsa est principalissima et maxime architectonica. ¶ Videmus. Secunda ratio talis est illius doctrine intendere humanum bonum sub qua continentur honorabilissime virtutes factivales scilicet ars militaris yconomica et rethorica. Sed sub civili continentur quaelibet alie doctrine intendit humanum bonum. Hec ratio minor ponitur in littera et est ad istum intellectum ut ordinatis cognita maior non probatur. Patet hoc modo doctrina quae per artes sibi subiectas procurat hominibus pacem et securitatem de hostibus pacem in domibus singulis familiarum et tranquillitatem principum et cetera principis dominum adolescentibus et iuvenibus et maioribus omnibus pacem autem et amorem et concordiam communis ipsius intendit humanum bonum quia hoc bonum intendit. Patet sequitur bonum humanum quod ipsa per se ipsam intendit. Sed doctrina sub qua continentur predicte tres virtutes facit homines per militarem

